EPIPHANUS / CASSIODORUS
um 1170/1180 Seite 128r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



illicitum irruerunt. Dorotheus
etenim ab anthiochia euocatus ab eis
dicebat non posse patrem esse neque uo
cari filio non subsistente. Porro ma
rinus quem a tracia ante dorotheum
uocauerunt. occasionem inueniens
oportunam. dorotheo enim erat adu
sus. respondit de hac questione contra
rium. et propterea sunt inter eos facte di
uisiones. diuisique propter hoc uerbum. seor
sum singuli sollempnia celebrabant.
Alii enim sequebantur dorotheum
alii uero marinum quippe dicentem
patrem semper esse patrem etiam filio non
extante. Vocabantur enim isti sa
tyriani eo quod quidam theoctistus
syrus genere satyria. i. duplicia uen
dens. hanc propositionem ualde de
fendet. Hos quoque secutus est sele
naas gothorum episcopo. Sed isti quoque pau
lo post separati sunt. Cum marinus
cum agapio discordiam habuisset.
quem ipse episcopum fecerat ephesi. ve
rum isti non propter religionem. sed propter
presulatum inimicicias inter se bella
que gesserunt. Gothi namque defende
bant agapitum. quam obrem plurimi
clericorum eorum uanam gloriam fugientes
ad consubalteratis fidem utiliter acces
serunt. Arriani siquidem xxx. v. an
nis diuisi inter alterutros postea sub
imperio theodosii iunioris consolatu
plinte ab herese satyrianorum rece
dentes uniti sunt. ueluti lege decer
nentes. numquam capitulum propter quod
diuisi fuerant memorari. Sed hoc
constantinopoli gestum est. uerum
in aliis ciuitatibus sub diuisione ma
nserunt. Hec de arrianis. Verum neque

eunomiani sine diuisione manse
runt. Nam et ipse eunomius dudum
ab eudoxio qui hicili ordinauit
episcopum segregatus est. occasione percep
ta. eo quod aetium doctorem expul
sum suscipere noluisset. reliqui uero ab
eo per scismata diuisa partiti sunt.
Prius itaque theofronius quidam cappa
dox eunomio uisare contentiones e
doctus. et aliquid de aristotelis ca
thegoriis et per ierminias intelligens
fecit libros quos de exercitio mentis
attitulauit. Is ergo cum offendisset
consectatores suos. tamquam recedens
ab eis expulsus est. et seorsum colligens
de sui nominis herese dereliquit.
In constantinopoli uero quidam euthicius
ex tepidissima questione ab euno
mianis diuisus. hactenus collec
tas seorsum facit. Vocantque eorum
alii eunomo theoflauiani. alii
uero eunomo theticiani. Veruntamen
isti baptisma corruperunt non enim
in trinitate. sed in xpi morte bapti
zant. Facta est ergo quodam tempore
etiam intermacedonianos diuisio. cum
eutropius presbiter seorsum colligeret.
et nequaquam ei carteri consentiret. Fue
runt forsitan. et alie diuisiones
heresium. sed ego tamquam constantino
politanus atque nutritus que mihi cla
riora uisa sunt ea narrare curaui.

Ea siquidem Sozom. xl. i.
tempestate dicunt egipti
fluuium circa primum ascen
sum aque post tergum recessisse
Quo facto egiptii seuiebant. eo
quod non sinerentur flumini sa
crificia sollempnia celebrare.